



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris. Libri Qvinque**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XLII. Ex lapsu moriturus sanatur anno 1600.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

XLII.  
Ex lapsu mo-  
riturus sana-  
tur anno  
1600.

Michaël Hokolzerus in Collegio Sallienti ædituus campanariæ turris ex culmine in præceps ruit, & mirum tam alto allisu non fuisse subito extinctum: attrito tamen grauitur corpore, capite saucio, & emortuis sensibus in proximum lectum conuicitur. Chirurghi, vt caput hiare conspiciunt tot, ac tam lethalibus fracturis, & ex valido afflictæ cerebri recullu conuelli hominem sæpius, plusque viciis breuissimo tempore epilepticis affectibus corripit, vitam illico desperant. Sacro itaque oleo vngitur, magisque de mortis quàm vitæ præsidii illi prospicitur. Succurrit nihilominus Patri cuidam, vt S. Ignatio illum commendaret, cuius effigie capiti iacentis pie imposita, cum domo vniuersa quæ tanquam morituro suis precibus aderat, eum à S. Ignatio petit, fuitque illico rata petitio. Redit sensuum vsus, monetur sanctum inuocare; interrogatur num eius imaginem agnoscat? Ego vero, inquit, hanc probè agnosco, sed alia specie, ac multo illucrius illum vidi. Quoniam autem modo tametsi nescitur, at scitur quamprimum valuisse, nulloque in posterum ruinæ illius sensu solita ministeria integrasse.

XLIII.  
Gravissimè  
agrotata visa  
S. Ignatij sa-  
natur anno  
1598.

Reffredam Flosiam Duaci in Belgio natam, morbi diuturnitas vix iam curabilem fecerat; cumque indormisset, duos videt in somnis Societatis cultu Sacerdotes, quorum alterum satis norat Maximilianum Capellium, quo dum is viueret, à confessionibus vsa erat; alterum quis esset ignorabat. Maximilianus accedens propius, vides, ait, istum qui mecum huc venit, is est Pater Ignatius, proin si quid est quod à Deo velis, illo vtete precatore, certoque, quid vis impetrabis? Hic virgo pridem S. Ignatio imprimis addicta, respondit se tantum optare temporis, quantum ad componendum negotium sat foret, quod alioqui se tunc moriente pessum ibat. Quæ dum diceret attendebat defixis oculis, ecquid optatis Sanctus annueret. At is placido vultu, & silens annuit, manûque bene adprecatu abcessit. Excitata Virgo talique somnio mirè læta, multo effusius gauisa est cum se voti compotem aduertit, lecto enim surgens inopino conspectu familiares terrauit; quoad recensita miraculi serie, cum iis Deo & S. Ignatio laudes meritas perfoluit: ipsa non modo conualescens, sed primis viribus tædonata, domesticas operas repetiit.

XLIV.  
Nauis mani-  
festo naufrago  
eripitur.  
anno 1601.

Soluerat nauis S. Thomæ Philippinas versus inagno militum, & vectorum numero, inter quos nonnulli è Societate. Post duorum, & sexaginta dierum navigationem, comparet terra quam arbitrati sunt nauæ caput spiritus sancti esse. Hanc tempus obortis nebulis per obscurum oculis eripit; inde mari torrente in incertum abrepti, deferuntur in locum scopulis, præterquam à puppi circumseptum, ex quibus nauis, duabus iisdem quæ se induerat faucibus, nulla velorum, & venti dispensatione, eximi potuit, pertinaci aura semper in scopulos ad certum naufragium repellente. Nox inter hæc ingruens, in anchoris, ad metum; in votis ad Deum exigitur, iamque illuxerat, cum tempestatis aucta violentia proximum exitum indicebat. Quare datur tormento signum ad reuocandum nauigium quod plagæ explo-  
randa